



Universitätsbibliothek Paderborn

**Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi
Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

Svmmarivm.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

DE RESERVATIONIBVS.

Cap. V.

S V M M A R I V M.

- 1 Beneficiorum collatio regulariter ad Papam spectat, qui est dominus omnium beneficiorum.
- 2 Episcopi, & alij inferiores habent de jure communi facultatem beneficia conferendi.
- 3 Collatio Pape in mensibus concessis alijs collatoribus in concursu eadem die facta, aliorum collationibus praesertur.
- 4 Viru litteratis mundus illustratur.
- 5 Reservationes sur inventa.
- 6 Reservata sunt sedi Apostolicae omnes cathedrales, ac omnia beneficia apud Sedem Apostolicam vacantia.
- 7 Reservata sunt beneficia vacantia per resignationem in curia admissam.
- 8 Reservatio beneficiorum vacantium in curia Romana est major quacunque alia reservatione.
- 9 Reservata sunt omnes ecclesiæ Patriarchales, Primariales, Archiepiscopales & Episcopales, ac monasteriorum virorum regularium.
- 10 Beneficia, vacante sede Episcopali, seu Abbatiali, vacantia, sunt sedi Apostolicae reservata.
- 11 Reservata sunt beneficia vacantia, per obitum S. R. E. Cardinalium, & sedi Apostolicae officialium.
- 12 Beneficia vacantia per obitum accedunt, ad curiam Romanam, vel ab ea

- recedentium, quando sunt sedi Apostolicae reservata.
 - 13 Beneficia curialium extra urbem decadentium, quando sunt reservata.
 - 14 Beneficia vacantia per promotionem ad cathedrales, sunt reservata.
 - 15 Beneficia vacantia per affectionem aliorum beneficiorum incompatibilium auctoritate Apostolicae collatorum, sunt reservata.
 - 16 Beneficia curata, & dignitates ob plurimatatem, quando sunt reservata.
 - 17 Reservata sunt dignitates maiores post pontificales, dummodo valorem decim florinorum auricom. estim. excedant.
 - 18 Reservata sunt beneficia vacantia per obitum familiarium Pape, & S. R. E. Card.
 - 19 Reservata sunt beneficia vacantia per obitum collectorum, & subcollectorum fructuum camere Apostolicae.
 - 20 Reservata sunt omnia beneficia ecclesiistarum Patriarchalium Vrbis.
 - 21 Cardinales regulariter habent indultum in omnibus mensibus beneficia conferendi.
 - 22 Reservata sunt omnia beneficia vacantia propter crimen heresis.
 - 23 Heretico, quando detur retentio beneficiorum.
 - 24 Beneficia, quæ in confidentiam retinen-
- 887



- tar, sunt Sedi Apostolica reservata.
- 25 Reservata sunt beneficia vacantia ob non publicationem resignationum.
- 26 Parochiales vacantes ob concilii Tridentini formans non servatam sunt Sedi Apostolica reservata.
- 27 Parochiales ad collationem Ordinario- rum, de quibus intra sex menses au- thoritate ordinaria non provideatur, sunt sedi Apostolica reservata.
- 28 Parochiales, quando sine concursu con- ferri possint.
- 29 Parochiales juripatronatus, quando à Papa conferantur.
- 30 Reservata sunt omnia beneficia, que ad ordinariorum collationem spectant, si in- tra sex menses à die scientia vacatio- nis non conferantur.
- 31 Parochiales ecclesia, quando ob non pro- motionem, sine Sedi Apostolica reser- vata.
- 32 Beneficia omnia contraformam decreto- rum conc. Trid. collata, sunt reser- vata.
- 33 Reservata sunt beneficia schismatico- rum.
- 34 Reservata sunt beneficia vacantia per violationem sequestris.
- 35 Reservata sunt beneficia litigiosa.
- 36 Beneficia per Simoniam vacantia, sunt Sedi Apostolica reservata.
- Beneficia vacantia per adoptionem pos- sessionis litteris non expeditis, sunt re- servata.
- 37 Beneficia, que ex speciali decreto Papæ debent resignari, sunt reservata.
- 38 Reservata sunt beneficia vacantia præ rebellionem, contra Sedem Apostoli- cam.
- 39 Beneficia affecta per appositionem manu Papæ, sunt reservata.
- 40 Reservationum effectus, qui sunt.
- 41 Spoliatus beneficio, si non habet titulus coloratum, non est restituendum.
- 42 Reservationis est duplex specialis, & men- talis.
- 43 Reservationis fructuum favore camere A- postolica, quæ sit.
- 44 Reservationis fructuum, incipit à die obli- tis, usque ad adoptionem posses- sionis.
- 45 Reservata sunt camere Apost. bona, que regulares extra claustra degentes ac- quisiverunt.
- 46 Reservati sunt Sedi Apostolica casus in Bull. Cœne Domini contenti, & alijs.
- 47 Crimina graviora committentes, à sum- mis Sacerdotibus sunt absolvendi.
- 48 Episcopi possunt sibi casus reser- ve.
- 49 Episcopos casus sibi reservare non pos- affirmans, anathematizam incur- rit.
- 50 Absolvere prohibentur sacerdotes secula- res, & regulares, à casibus reservatis, sine speciali facultate.
- 51 Absoluentes à casibus reservatis, sine spe- ciali facultate, quas poenam incurvant.
- 52 Absolvere potest quilibet sacerdos in ar- ticulo mortis à quibuscumque casibus reservatis.

Beneficiorum collatio; de qua supra pluribus egimus; generaliter spe- cat ad Papam, & qui est Ordinarius

Ordinariorum, & dominus omnium be- neficiorum. cap. 2. de præb. in o. glo- fi. in cap. felici: de pen. oo. lib. cle. l. in fi. ut